



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1735. usque ad annum 1737

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum [u.a.], 1786**

**VD18 90119347**

§. 17. Pontificia Constitutio contra homicidas ad Hispaniæ Regnum  
extensa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67868](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67868)

Sæc. XVIII. atque adustione sanari posset: Illa ven  
A. C. 1737. Dei opem per hujus Reginæ interces  
 sionem implorans, linteï, quo desu  
 cta Princeps olim utebatur, partes  
 vulneri applicarit: & Ecce! altera  
 die, dum Chirurghi ferrum & ignem  
 læsæ parti admoturi accurrunt, ne mi  
 nimum quidem plagæ vestigium depre  
 hendunt: Sparso hujus sanationis ro  
 more confestim Cardinalis Guadagnini  
 de facti veritate juratos testes excepit,  
 erectoque desuper authentico instru  
 mento totam rei seriem summo Pontifi  
 ci exposuit, qui rursus hoc beneficium  
 ad rigidum examen vocari, & profu  
 sum, ut ajunt, *preparatorium de san*  
*ctitate vitæ hujus Principissæ* intra  
 jussit.

## §. XVII.

*Pontificia Constitutio contra homici  
 das ad Hispaniæ Regnum ex  
 tensa.*

*Vid. supra  
 pag. 467.*

Anno hujus sæculi trigesimo quinto  
 ut suo loco retulimus, Clemens  
 Papa pro statu Ecclesiastico Constitutio  
 nem edidit, qua declaratum, neminem  
 in casu homicidii voluntarii, nequidem  
 Clericali tonsura vel minoribus Ordini  
 bus initiato aliisque Ecclesiasticis pri  
 vilegiis

Sæc. XVIII.  
A. C. 1737.

vilegium fori aut immunitatis Ecclesiasticæ suffragari, sed hosce reos ab Ecclesia, servatis servandis, extrahi posse. Porro postquam Philippus V. Hispaniarum Rex cum Sede Apostolica concordiam inierat, inter alios concordati articulos, hanc ipsam Constitutionem ad sua Regna extendi petiit. Pontifex igitur illam nova Constitutione, quæ incipit: *Alias nos &c.* die decima quarta Novembris ampliavit, voluitque, ut ea ad omnes Ecclesiasticos homicidii reos, a Iudice tamen Ecclesiastico puniendos, necnon ad omnia Hispaniarum Regna extendatur: *Cum inter cetera*, inquit Pontifex in præfata Bulla, *quæ in tractatu viginti sex articulis comprehenso ac per mutuum, reciprocamque nostram, & Charissimi in Christo Filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici ratificationem, ac ratihabitionem in perpetuum inter Apostolicam hanc Sanctam Sedem, & earundem Hispaniarum Regna firmato, ac constabillito contenta & concordata fuerunt, prout in nostris desuper in simili forma Brevis die 12. currentis mensis Novembris expeditis literis uberius continetur, illud quoque concordatum fuerit, ut dispositionem præfatae Constitutionis nostræ superius insertam, etiam ad Hispaniarum memoratarum Regna, in quibus homicidia frequentissima quoque sunt,*

ex-

Sæc. XVIII. extendere, & ampliare de Apostolica  
 A. C. 1737. nignitate dignaremur. Nos igitur ad tan  
 exitiale, ac detestabile homicidiorum flagi  
 tium, quantum cum Domino possunt  
 propulsandum, exterminandumque aduig  
 lantes, prædictam Constitutionem pro uer  
 uersa, ut præmittitur S. R. E. præfati  
 ditione a nobis factam quoad præsertim  
 his præsentibus literis respectiue ad præfati  
 Hispaniarum Regna Apostolica auctoritate  
 motu proprio tenore præsentium extendi  
 mus, & ampliamus, atque deinceps comi  
 no, ac inuolabiliter observari præcipimus,  
 & mandamus.

Volumus autem, ut sicut in nostra di  
 ctione Ecclesiastica, sola sententiæ Contu  
 macialis, & actorum, quibus illa fundat  
 tur, exhibitio ad hoc, ut sufficiat, ut dic  
 tus iudex Ecclesiasticus ex illorum inspectio  
 ne duntaxat agnito, num sententiæ contu  
 macialis legitime, iusteque prolata sit ad  
 formam Constitutionum Apostolicarum, pro  
 nunciare, ac declarare queat & debeat, an  
 Bannitus, & in Contumaciam Damnatu  
 consignandus veniat necne, ita pariter pro  
 Regnis Hispaniarum sola sententiæ contu  
 macialis, ac actorum, quibus illa fundat  
 tur exhibitio ad hoc sufficiat, ut iudex Ec  
 clesiasticus ex illorum inspectioe duntaxat  
 agnito, num sententiæ contumacialis legit  
 me, iusteque prolata sit ad formam legum

*Et statutorum eorundem Regnorum Hispaniarum pronunciare, ac declarare queat, ac debeat, an Bannitus, & in Contumaciam Damnatus consignandus veniat, necne. Volumus autem, ut lapsis viginti quinque diebus postquam præsentis literæ per earundem Hispaniarum regna ab Ordinario nostro, atque Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis in iisdem Hispaniarum Regnis Nuntio publicatæ fuerint, omnes, & singulos in præfatis Regnis existentes perinde arctent, ac si unicuique eorum personaliter, ac nominatim intimatæ fuissent, utque ipsarum præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. &c.*

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1737.

§. XVIII.

*Alicæ ejusdem summi Pontificis Constitutiones & decreta.*

Hoc item anno Clemens Papa plures edidit Constitutiones, quas ad animarum salutem, Religionis incrementum, pacis conservationem, & Ecclesiæ disciplinam plurimum expedire arbitra-